

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE OSMA.

Se publica el 1.º, 10 y 20 de cada mes. Se suscribe en la Secretaría de Cámara y Gobierno á 6 rs. trimestre. Se vende á real el número suelto. No serán atendidas las reclamaciones de números, pasados 15 días desde la publicación del respectivo. Toda comunicación se dirigirá *Al Director del BOLETIN ECLESIASTICO del Obispado de Osma.*

A continuación se inserta el texto auténtico que S. S. I. ha recibido de la Alocucion pronunciada por Su Santidad, y cuya traduccion, tomada del periódico LA ESPERANZA antes de conocerse aquí el original, fué publicada en el último número del BOLETIN.

S. S. I. manda á todos los párrocos que lean dicha traduccion al ofertorio de la Misa conventual del primer dia festivo siguiente al recibo de este número.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ
IX. ALLOCUTIO HABITA IN CONSISTORIO SECRETO DIE XXIX OCTOBRIS MDCCCLXVI.

VENERABILES FRATRES:

Non semel, Venerabiles Fratres, afflictas jamdiu in Italia sanctissimæ nostræ Religionis res, gravissimasque Nobis et Apostolicæ Sedi a subalpino gubernio illatas injurias, tum Nostris Litteris re lacem editis, tum variis Allocutionibus in hoc amplissimo vestro consessu, habitis, pro Nostri Apostolici muneris officio deploravimus, ac vel facile intelligitis quanto in dies conficiamur mœrore, cum videamus, idem gubernum majore quotidie impetu catholicam Ecclesiam, salutare ejus leges, sacrosque ministros indesinenter impetere. Etenim proh dolor! Sacrorum Antistites, et integerrimi utriusque Cleri viri, et alii honestissimi catholici cives, nulla Religionis, justitiæ, ac vel ipsius humanitatis ratione habita, ab ipso gubernio magis in dies vel in exilium ejecti, vel in carcerem detrusi, vel ad coactum domicilium damnati, indignis quibusque modis vexati, Diœceses cum maximo animarum damno suis orbatae Pastoribus, Virgines Deo sacræ a propriis monasteriis expul-

sæ, et ad mendicitatem redactæ, Dei templa violata, episcopalia Clericorum Seminaria clausa, miseræ juventutis institutio christianæ disciplinæ erepta, erroris, et iniquitatis magistris commissa, et Ecclesiæ patrimonium usurpatum ac distractum.

Cum autem Gubernium idem, ecclesiasticis despectis censuris, ac justissimis Nostris, et Venerabilium Fratrum Sacrorum in Italia Antistitum reclamationibus plane spretis, plures constituerit leges catholicæ Ecclesiæ, ejusque doctrinæ, juribusque maxime adversas, et iccirco a Nobis damnatas, non dubitavit quoque de civili, uti apellant, matrimonio legem ferre, quæ non solum catholicæ doctrinæ, verum etiam civilis societatis bono summopere adversatur. Hac enim lege matrimonii Sacramenti dignitas, et sanctitas proculcatur, ejusque institutio evertitur, ac turpissimus fovetur concubinatus. Namque inter fideles matrimonium esse non potest, quin uno eodemque tempore sit Sacramentum, ideoque ad Ecclesiæ potestatem omnino spectat ea omnia decernere, quæ ad matrimonii Sacramentum possunt pertinere.

Atque etiam idem Gubernium manifeste lædens publicæ Consiliorum Evangelicorum professionis statum, qui in Ecclesia Dei semper vixit et vigebit, planeque contemnens maxima beneficia Regularium Ordinum, qui a Sanctis viris fundati, et ab Apostolica Sede probati tot gloriosis laboribus, ac piis, utilibusque operibus de christiana, civili, ac litteraria republica optime sunt meriti, minime reformidavit legem sancire, qua in omnibus regionibus sibi subjectis omnes utriusque sexus Religiosas Familias suppressit, earumque omnia, et alia multa Ecclesiæ bona sibi usurpavit, ac dividenda constituit. Antequam vero in possessionem Venetæ provinciæ pedem poneret, ad illas quoque regiones eadem decreta et easdem leges extendere non dubitavit, et Conventionem a Nobis cum Carissimo in Christo Filio Nostro Francisco Josepho Austriæ Imperatore initam ibi penitus delendam, ac nullam vim nullamque robur habere contra omnes leges et jura decrevit.

Itaque juxta gravissimum Nostri apostolici ministerii officium in hoc nobilissimo Vestro conventu iterum pro Religione, pro Ecclesia, sacrisque ejus legibus, pro hujus Petri Cathedræ juribus et Auctoritate Pontificiam Nostram vocem attollimus, et omnia et singula, quæ sive in his, sive in aliis rebus ad Ecclesiam, ejusque jura pertinentibus contra ipsam Ecclesiam et illius jura ac leges, a Subalpino Gubernio, et ab inferioribus quibuscumque Magistratibus decreta, gesta et attentata sunt, vehementissime querimus et reprobamus. Ac decreta ipsa cum omnibus inde sequentis Auctoritate Nostra Apostolica abrogamus, ac nullius prorsus roboris et valoris fuisse et fore declaramus. Ipsi autem illorum auctores, qui christiano nomine gloriantur, meminerint, ac serio considerent, se misere incidisse in censuras, pœnasque spirituales, quas Apostolicæ Constitutiones, et Œcumenicorum Conciliorum decreta in Ecclesiæ jurium invasores ipso facto incurrendas infligunt.

Nostis autem, Venerabiles Fratres, quomodo quidam homines callidi Nobis obijciant, et ad eorum arbitrium perperam interpretentur Benedictionem, quam Italiae impertivimus, ubi nullis certe Nostris meritis, sed inscrutabili Dei iudicio ad haec Apostolicam Sedem evecti, veniae pacisque verba pro Nostra in Pontificiae Ditionis populos charitate sponte emisimus. Equidem Nos, de universi Dominici gregis bono veraque felicitate vehementer solliciti, tunc Italiae bene precantes a Deo humiliter impenseque efflagitavimus, ut eam ab impendentibus malis liberaret, utque pretiosissimum catholicae fidei donum in Italia majorem in modum vigeret, ac merum honestas, justitia, charitas, omnesque christianae virtutes quotidie magis efflorescerent. Atque etiam nunc haud omitimus ferventissimas Deo semper adhibere preces, ut catholicos Italiae populos propitius eripiat a tot ac tantis omnis generis calamitatibus, quibus Italiae moderatorum, et multiformis persecutionis opera misere opprimuntur, ac divexantur. In primis vero clementissimum Dominum exoramus, ut eosdem Italiae populos coelesti sua ope adjuvet et roboret, quo in divina sua fide et religione stabiles et immoti permaneant, et christiana fortitudine tot adversa ac plane tristia ferre ac tolerare possint.

Desipiunt vero qui ex hoc inferunt, et exposcere non desinunt, ut Nos per apertissimam injustitiam pluribus Pontificiae Nostrae Ditionis provinciis jam spoliati, civilem Nostrum et Apostolicae hujus Sedis principatum ejuremus. Quisque certe videt, quam injusta, et quam perniciosa Ecclesiae sit hujusmodi petatio. Singularem enim Divinae Providentiae consilio, veluti alias innuimus, factum est, ut, Romano Imperio everso, et in plura regna diversaque ditiones diviso, Romanus Pontifex in tanta Regnorum varietate, ac praesenti humane societatis statu civilem suum principatum haberet, quo nulli unquam civili potestati subjectus, omni libertate supremam suam auctoritatem jurisdictionemque in universam Ecclesiam sibi a Christo Domino divinitus collatam exercent, ac fideles ipsius Pontificis decretis, monitis, mandatis plena conscientiae tranquillitate et fiducia obsequantur, ac quiescant, quoniam unquam vel leviter suspicari queant, ipsius Pontificis acta alicujus Principis, civilisque potestatis voluntati et impulsui esse ullo modo obnoxia. Nos itaque civilem principatum divino Providentiae consilio in bonum universalis Ecclesiae constitutum non solum renuntiare haud possumus, verum etiam omnia ipsius civilis principatus jura debemus strenue tueri ac defendere, et sacrilegam Sanctae Sedis provinciarum usurpationem vehementer expostulare, veluti saepe expostulavimus, et hac quoque occasione etiam atque etiam expostulamur et reclamamus. Omnes autem agnoscant, quanto studio sacrarum catholici orbis Antistites civilem Nostrum et hujus Apostolicae Sedis principatum, tum voce, tum scriptis propugnaverint, ac declaraverint, eundem principatum in praesenti potissimum rerum mundanarum conditione necessarium omnino esse ad plenam Romani Pontificis in universo catholico grege pascendo libertatem tuendam et vindicandam, quae cum totius Ecclesiae libertate est plane conjuncta.

Neque hujusmodi homines verentur clamitare, Nos debere cum Italia, scilicet cum nostrae religionis hostibus, qui Italiam se constituere jactant, in gratiam redire. Sed quomodo Nos, qui sanctissimae religionis, salutarisque doctrinae, ac virtutis justitiaeque assertores et vindices constituti omnium salutem procurare debemus, cum iis convenire unquam possumus, qui sanam non sustinentes doctrinam, et a veritate auditum avertentes a Nobis fugiunt, ac ne illis quidem Nostris desideriis, et postulationibus obsequi voluerunt, quae deo spectabant, ut tot in Italia Dioceses pastoralis orbatæ solatio et praesidio suos haberent Episcopos?

Utinam vero ii omnes, qui Ecclesiam, Nos, et hanc Apostolicam Sedem tam vehementer oppugnant, oculos animumque in veritatem justitiamque intendentes aliquando illuminentur, et resipiscant, ac in se reversi, et animarum suarum bono consulentes, salutari poenitentia adducti, ad Nos venire contendant. Nihil certe Nobis gratius esse posset, quam Evangelici Patris more et exemplo illis occurrere, eosque complecti summopere in Domino gaudentes, quod filii mortui erant, et revixerunt, perierant, et inventi sunt. Ac tunc plane perspicerent quantum augusta nostra religio virtutum omnium fecunda parens et alatrix, ac vitiorum expultrix, tum privatae ejusque, tum publicae omnium felicitati conducat. Ubi enim ipsa religio, ejusque salutaris dominatur doctrina, tibi necesse est, ut morum honestas, integritas, pax, justitia, charitas et omnes virtutes vigeant; nec populi illis gravissimis divexantur malis, quibus misere opprimuntur, ubi eadem religio, ejusque doctrina despicitur et conculcatur.

Jam vero ex luctuosissimis factis raptim, dolenterque commemoratis, atque ex tristissimis quotidianis in Italia eventis omnes vel facile videre et conjicere possunt, quibus, quantisque hæc Apostolica Sedes sit objecta periculis, et quomodo acerbissimis rebellionis minis, incredulorum et odiis inimicorum Crucis Christi iris exposita. Furiales undique voces continenter personant, quibus acerrimi hostes clamare non cessant, hanc urbem Romam funestissimae hujus Italicæ perturbationis, ac rebellionis participem, immo caput esse debere. At dives in misericordia Deus hæc impia inimicorum hominum consilia ac desideria omnipotenti sua virtute disperdat, et nunquam permittat, ut alma hæc Urbs Nobis carissima, ubi maximo, ac plane singulari suo beneficio Petri Cathedram collocavit, quae inexpugnabile est divinae suae fidei religionisque fundamentum ad calamitosissimum illum redeat statum a Sancto Praedecessore Nostro Magno Leone tam graphice expressum (1), cum primum Beatissimus Apostolorum Princeps eandem hanc urbem tunc mundi Dominam est ingressus.

Nos quidem etiamsi omni fere humana ope destituti, tamen officii Nostris probe memores, et omnipotentis Dei auxilio omnino fidentes, parati sumus

(1) S. Leo Serm. 82. al. 80. in Natai. Apostolor. Petri et Pauli.

cum ipsius vitae discrimine Ecclesiae causam nobis a Christo Domino divinitus commissam impavide propugnare, et si oportuerit, eam adire regionem, ubi meliore, quo fieri possit, modo supremum, Nostrum Apostolicum ministerium exercere valeamus.

Cum autem in tam horribili procella unicum, ac validissimum praesidium sit oratio, iccirco omnibus Venerabilibus Fratribus totius catholici orbis sacrorum Antistitibus, universo catholico Clero, et cunctis Sanctae Matris Ecclesiae filiis, qui tot splendida erga Nos amoris et observantiae testimonia exhibere, et gravissimis Nostris et hujus Sanctae Sedis angustiis opitulari nunquam destiterunt, etiam atque etiam inculcamus ut omni fide, spe et charitate orationes et obsecrationes Deo semper offerant ad Ecclesiae hostes expugnandos, illosque ad salutis semitas revocandos. *«Magna enim, ut Chrysostomi verbis utamur, arma sunt preces, magna securitas, magnus thesaurus, magnus portus, tutissimus locus, modo sobrii et vigiles Dominum adeamus, mente nostra undique collecta, inimicoque nostrae salutis nullo aditu permissa»* (1). In tantis autem, quibus opprimimur laboribus, non mediocri certe utimur consolatione probe agnoscentes, Deum, quando Ecclesia sua humanis destituitur auxiliis, mira operari prodigia, quae suam omnipotentiam, divinamque dexteram evidentissime manifestant, planeque confirmant, inferi portas nullo unquam tempore praevalituras adversus Ecclesiam, quae proinde de suis hostibus semper triumphans immobilis stabit usque ad consummationem saeculi. Verum summo opere dolendum, quod certum non sit, hanc, vel illam nationem pretiosissimum divinae nostrae fidei, religionisque thesaurum semper esse servaturam. Et quidem multi existunt populi qui olim fidei depositum, morumque disciplinam fideliter custodiebant, nunc heu! ab ea divulsi sunt petra, cui Ecclesiae aedificium innititur, et ab eo sejuncti, cui potestas tradita confirmandi fratres, ac pascendi agnos, et oves, atque inter se dissidentes, et errorum tenebris obruti in maximo salutis suae discrimine versantur. Atque hic haud possumus, quin pro Nostri muneris ratione omnes Summos Principes, aliosque populorum Moderatores vehementer in Domino obtestemur, ut aliquando intelligant, ac sedulo considerent gravissimum, quo tenentur, officium curandi, ut in populis religionis amor, cultusque augeatur, ac totis viribus impediendi, quominus in eisdem populis fidei lumen extinguatur. Vae autem illis Dominantibus, qui obliviscentes se esse ministros Dei in bonam, praestare id neglexerint, cum possint, ac debeant, et ipsi vehementer paveant et contremiscant, quando sua praesertim opera pretiosissimum destruunt thesaurum catholicae fidei, sine qua impossibile est placere Deo. Namque ante tribunal Christi durissimum subeuntes iudicium, videbunt quam horrendum sit incidere in manus Dei viventis, ac severissimam ejus experiri justitiam.

(1) S. Joan. Chrysost. Homil. 30, in cap. XI Genesis.

Denique dubitare non possumus, quin vos, Venerabiles Fratres, Nostrorum laborum testes ac participes, pro eximia et perspecta vestra religione, pietate, ac singulari rei catholicae studio. una cum Nobis, et universa Ecclesia velitis fervidas conjungere preces; et clementissimum misericordiarum Patrem assidue obsecrare, ut per merita Unigeniti Filii sui Domini Nostri Jesu Christi misereatur Italiae, ac totius Europae, et universi orbis, et divina sua omnipotentia efficiat, ut, omnibus profligatis erroribus, aerumnis, ac perturbationibus, Ecclesia sua sancta ubique terrarum omni libertate ac pace fruatur, et humana societas a tantis quibus jactatur malis liberetur, omnesque populi occurrant in unitatem fidei, et agnitionis Filii ejus ambulantes per semitas Domini, et in omni bono opere fructificantes.

SEGUNDA ENSEÑANZA.

En vista de la consulta elevada por los directores de los Institutos de esta corte sobre el modo de llevar á debido efecto lo establecido en el Real decreto de 9 del corriente, la R. M. (Q. D. G.) se ha dignado dictar las disposiciones siguientes:

1.º Los alumnos matriculados para el presente curso en las asignaturas del primer año de latin y castellano, principios de aritmética y doctrina cristiana é historia sagrada, estudiarán únicamente el primer curso de gramática castellana y latina.

2.º Los matriculados en segundo año de latin y castellano, geografía y principios de geometría estudiarán el segundo curso de gramática castellana y latina.

3.º Los matriculados para primer curso de latin y griego, aritmética y álgebra é historia general estudiarán retórica y poética con ejercicios de traducción, análisis y composición latinas.

4.º Los que estén matriculados en segundo curso de griego, geometría y trigonometría y retórica y poética, cursarán psicología y retórica y poética.

5.º Los que estuvieren matriculados para física y química, historia natural y psicología, lógica y filosofía moral, estudiarán psicología, lógica, física, química é historia de España.

6.º Los que, por falta de asistencia ó reprobación en los exámenes hayan perdido el primero ó segundo año de latin, se matricularán respectivamente en el primero ó segundo de gramática castellana y latina.

Los que hayan perdido el primer año de griego se matricularán en retórica y poética.

Los que hubieren perdido geografía ó historia general se matricularán en geografía é historia general, si pertenecieren ya al segundo período.

Los que, ganando el primer año de griego, hubieren perdido el primero de matemáticas, se matricularán en retórica y poética, psicología y aritmética; álgebra y principios de geometría.

Los que, habiendo perdido retórica y poética, hayan probado (por lo menos) el primero de matemáticas, se matricularán en las asignaturas expresadas en la disposición 4.^a

Los que hayan perdido psicología, lógica y filosofía moral, teniendo probadas todas las demás asignaturas, estudiarán psicología, lógica é historia de España.

Los que en igual caso hayan perdido las asignaturas de física y química repetirán esta, y cursarán además historia de España y perfección del latín y principios generales de literatura.

Y los que, habiendo probado todas las demás asignaturas, hayan perdido la de historia natural, se matricularán en esta asignatura, en historia de España y perfección del latín y principios generales de literatura.

7.^a Para facilitar á los alumnos el estudio de la lengua francesa, continuarán en los Institutos como enseñanza libre las cátedras que están establecidas, y los alumnos que quieran concurrir á ellas habrán de hacer su inscripción como los de latín. Esta inscripción será gratuita para los alumnos que estén matriculados en otras asignaturas; pero los que la estudien, sólo abonarán los 4 escudos que el actual reglamento exige á los que se matriculan en una asignatura suelta.

8.^a Los Seminarios que conforme al Real decreto de 10 de Setiembre último y á la Real orden de 6 del actual incorporen ó hayan incorporado sus estudios en los Institutos, faltándoles asignaturas que cursar, se acomodarán en todo á lo determinado en estas instrucciones para los alumnos de los Institutos.

Los que, habiendo estudiado en los Seminarios los años correspondientes, no hubiesen cursado el griego, lo incorporarán sufriendo en el Instituto exámen de los dos cursos de esta asignatura.

Se proroga hasta 31 del actual el plazo para formalizar su incorporación y matrícula á estos alumnos.

9. Los profesores que hayan de dar la enseñanza privada del latín y de la retórica y poética presentarán al director del Instituto en que sus alumnos deban hacer la inscripción el título de bachiller en la facultad de filosofía y letras, el de preceptor de latinidad o el de regente en aquellas asignaturas, únicos que habilitan para esta enseñanza, además de los de doctor y licenciado en teología en caso necesario, o á juicio del rector: con dichos títulos presentarán certificaciones del párroco y alcalde con que justifiquen su intachable conducta, acompañadas de una comunicación en que expresen la población y local en que van á establecer la enseñanza, para que, si no fuese en la capital donde está el Instituto, el director se dirija al alcalde respectivo para hacer constar oficialmente que el profesor está habilitado para dar la enseñanza.

En las capitales donde haya dos Institutos se presentarán los documentos al rector del distrito, quien designará el Instituto en que se ha de hacer la inscripción, observando para ello el mismo orden que se guarda para los colegios privados.

10. Los colegios de segunda clase hoy establecidos podrán dar la enseñanza de los tres años del primer periodo, y además la del primer año del segundo periodo.

11. Para llevar á efecto las disposiciones contenidas en esta Real orden, las secretarías de los Institutos abrirán nuevos registros de matrícula para el presente curso, en los cuales inscribirán á los alumnos en las asignaturas que en virtud de estas instrucciones les correspondan cursar, procurando que esta operación quede terminada á la mayor brevedad con el objeto de que en ningún Instituto dejen de abrirse las clases ya reorganizadas, conforme á lo dispuesto en el Real decreto citado y en estas disposiciones, para el día 3 de Noviembre próximo si no pudiera efectuarse antes.

Los directores de los Institutos darán cuenta al Rector del distrito del día en que ha quedado hecha la reorganización.

De Real orden lo digo á V. S. para su conocimiento y efectos consiguientes. Dios guarde á V. S. muchos años. Madrid 16 de Octubre de 1866.—Orovio.—Sr. Rector de la Universidad de...